

Christoph Braunhardt Michael Braunhard


**Dissertatio Philologica, De [...] Seu Hierophantis Judaeorum, Ex 2. Reg. XXIII.
Commate V.**

Wittebergae: Schrödterus, 1680

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn75691423X>

Druck Freier  Zugang





79

Ja-1092 (19.)



1. Jo. Georgii Hübneri Commentarius quod ubi in fracta liber scripturae in genesi.
per Phylax, in 30 versibus fracta liber scripturae. Wittenb. 1795.
2. Lud. Bernh. Kennard Castigationes in Centurionum Merthimerensium
Jan. Lips 1797. m
3. Jan. Conr. Schraunius, de spiritu Dei et animi mundi ad Gen 1.
2. Halust. 1799.
4. Jo. Frischmuthus de sermone serpentis antiqui ad Gen III. Lips Jan 1675.
5. Silenanti Andreas Picini serpens iste antiquus sermone ad Gen III.
1. Lips 1686.
6. Jo. Vericus Steinhofens de posse serpentis irragata ad Gen III. 14.
13. Sub. 1796.
7. Andr. Jan. Habich hirsutus de trivertis Euae ad Gen IV. 1. Feb. 1793.
8. Nicol. Stollerus de ritibus festi expiationum ad Leuitici XVI. Jan. 1794.
9. Henr. Klaupigius de תָּוֹבַח וְיָצַח ad Gen XII. 6. 7. Lips. 1797.
10. Jo. Christi Einicht de mano depha honore ad Gen XLVIII. 14. Lips
1797.
11. Friedr. Lebruhl Gottius de XXX palnis in Edin repentis ad Exod
XVI. 27. et Num XXII. 14. 29. Lips. 1794.
12. Paul. Schaffhausenius de hirs Agagal ejusque ritibus ad Exod diff.
ritus ad Leuitici XVI. 7-10. Lips 1796.
13. Godefr. Christi Beckius de donis mortuis hanc offerend in idol.
14. Lips 1797.
14. Joh. Gottfr. Lackemacheri commentatio in loca quaedam Gen.
Luthae. Halust. 1799.
15. Henr. Critius de Crothi et Belthi Gen 1672 rengit 1684.
16. Jo. Leonh. Beckerbergens de fasciculo viventium ad +
Lan. XXV. 2. Jan 1799.
17. Ernst. Friedr. Cobers de Syne Exod ad 2 Lan VIII 3. 14. Nob 1792.
18. Christ. Braunhardus de Micropharis Judaeorum. ad
2. Reg I. XIII. 5. Witeb. 1680.

19. Aggidius Branchius de vita Rechabeani ad 1 Reg XII. Wittenb. 1688.
20. Christi. Kerckhous de Jobi theologia evangelica. Kil. 1607.
21. Christo. Aug. Heumannus de Sphera Africae reginae Gottin. 1716.
22. Jon. Cor. Schraamius de variis contra Christum Dei filium confusis ad
ad Ps. II. lob. Helmsf. 1727.
23. Jo. Frischmuthus de Messia Dei filio ad Ps. III. 7. Jen 1676.
24. Jon. Cor. Schraamius de maiestate Christi. reventoris ad Ps. VIII. Helmsf.
25. Jo. Christi. Aeberstrichus de dispensatione et confesse. Ps. XXIII et
2 Lam Cap. XXII. Lips. 1796.
26. Jon. Cor. Schraamius de Christo in extremis crucis angustiis
XXII. Helmsf. 1727.
27. Joh. Frischmuthus de Eli, Eli Lana, Labachlan ad Ps. XXI. Jen 1672.
28. Jon. Cor. Schraamius de triumpho Christi victoris ad Ps. XXIV. Helmsf.
29. Psalm de verbis Christi ultimis morientis ad Ps. XXXI. Helmsf. 1727.
30. 31. Jo. Frischmuthus de unica illa Christi pro reatu se tradente
hymno ad Ps. XL. Jen 1672.
32. Jo. Bernh. Hahnus introductionis in אֱלֹהֵינוּ דִּי אֱמִתּוּת דִּי אֱמִתּוּת Region 1737.
33. Jo. Baeth. Demoholus de loquibili gestione sub N. T. concensio.
ad Ps. 172. Act. 1794.
34. Jo. Frischmuthus de primo quod in Messia fidei epigonal character
ad Ps. XI. 1. Jen 1666.
35. Psalm de secundo. tertio et quarto characteres ad Ps. XXIII.
36. Jo. Georgius Abichtus de victoria per un aereum. ad Ps. XXIII
Lips. 1712.
37. Jo. Frischmuthus de non speranda cura foederis restitutione
ad Jerem. III. 14. Jen 1658.
38. Joh. Phil. Oheimius de mendacis sapientibus ad Jer. VIII.
39. Joh. Guelfedus de gemis et Davidis fide Christo ad Jer.
XXIII. 5. 1666. Lips. 1734.

40. Jo. Trifhemuthus de nomine divinis gloriose ad Jerem XXIII. 6. Jan. 1669.

Joan de foedere novo. ad Jerem. XXXI. 31. 32. Jan. 1671.

42. Joan de Melchetha oculi ad Jerem XLVI. 17. 18. 19. Jan. 1669.

43. Frider. Ketorius de signatura Sappiracium ad Jerem LX. 3. 4. 5. 6. Cyp.

44. Jo. Joffi. Lactamachus de fidei dicitur Nebum repans aureo ad Dan III. Heluff 1740.

45. Jo. Conr. Schramm de initis regi. Christi in histonis in vifio ad Dan VII. 10. 14. 19. 10. Heluff 1734.

46. Jo. Trifhemuthus de LXX hebdomadibus earumque divisione ad Jerem LX. 26. Jan. 1671.

47. Joan de Messiae exifine et Hierosolymae desolatione ad Dan IX. 26. 27. Jan. 1672.

48. Jo. Conr. Schramm de novissimo prophetarum difuc. visifimo vaticinio ad Dan XII. v. 2. Heluff 1734.

49. Jo. Andr. Guastellus de dominabris egressi ex Bethcehem ad Mich. 1. 2. Witel 1670. reus ib. 1601.

50. Jo. Trifhemuthus de gloria templi fecundi. ad Hagg II. 7. 8. 9. 10. 16.


51. Joan de xxx argenteorum pretio quo Messias a Judaeis 69 annis anatus est ad Zach XII. 12. 13. Jan. 1672.

52. Joan de Messiae confilio eoque in stat. unigeniti filii plange. ad Zach XII. 10. Jan. 1660.

53. Jo. Adam Scherberger de aspectu Judaeorum in Messiam transfossum ad Zach XII. v. 10. reus Witel 1735.

54. Jo. Trifhemuthus de angelo foederis ad Malach III. 1. Jan. 1660.

55. Joach. Christ. Dodonius de idololatria gentium ad Sapp. 2. Hoff 1606.



18.
ⲓⲛⲓⲛⲓ ⲛⲓⲛⲓ
DISSERTATIO PHILOLOGICA,
DE

ⲟⲩⲛⲓ ⲛⲓⲛⲓ ⲛⲓⲛⲓ ⲛⲓⲛⲓ

SEU

HIEROPHANTIS JUDÆORUM,

Ex 2. Reg. XXIII. Commate V.

Quam

In Gratiam Divinæ Veritatis

Indultu Amplissimæ Facultatis Philosophicæ,

In Alma Leucorea,

PRÆSES

M. CHRISTOPH. Braunhardt/

Altenb. Misnicus,

ET RESPONDENS

Frater Germanus

MICHAEL Braunhardt /

Phil. & SS.Theol.Stud.

*Publicæ Φιλολογῶντων Disquisitioni
submittere*

Die XVII. Januar. Anno M DCLXXX.

In Auditorio Veteri,

Horis consuetis.



WITTEBERGÆ,

Typis CHRISTIANI SCHRÖDTERI,

VIRIS

*Multum Reverendis, deq; Ecclesia Christi doctrinã
& fide meritissimis*

DN. PETRO Böttigern/

Pastori Ecclesiarum Flemming & Fronsdorff/

DN. JOHAN. ULRICO Hagern/

Pastori Steinbachensium,

DN. CHRISTIANO Kögner/

Pastori Gederano,

DN. JOHANNI Braumen/

Pastori Kardizensi,

DN. ABRAH. ACHATIO Hagern/

Pastori Gibensi & Mœckensi,

DN. JOH. MARTINO Braunhardt/

Pastori Longo-Leubensium, & Neo-Mær-
bizensium,

Dominis, Susceptori, Fratri, animoq;

& sanguine Propinquis,

EVERGETIS, FAUTORIBUS,

& AMICIS,

Jam inde à puero Cultis, æternumq; Colendis,

Raram hanc primæ culturæ messem.

D. D. D.

PRÆSES & RESPONDENS.





I. N. J.

§. 1.

Barbara satis & stupenda prorsus cultioris gentis, Judæorum, scilicet, superstitio erat, quod contra expressum, totiesque repetitum Dei edictum Exod. XX. 3. 4. 5. Lev. XIX. 3. 4. Deur. VII. 25. Cap. X. 12. Cap. XI. 27. 28. Cap. XII. 4. 5. in sano quodam impetu ferebantur in ficta & vano gentilium idola, ut vel ipsis deteriores facti dæmonibus litarent, & cuilibet ferè creaturæ divinum destinarent cultum sub omni ligno viridi, Es. LVII. 5. In tantam populi sui barbariem incidit, industrius avitæ fidei æmulus, nulliq; majorum facile secundus *Josias*, qui inter initia statim regni Davidicæ indolis manifestissima proferre indicia cœpit, dum oppressis idololatriis, statuis lucisq; excisis, altaribus eversis, sacrificulisq; exulare jussis sincerum Dei cultum restaurabat, & populi suam egregiè stabiliebat, uti manifestum est, ex abolitione *Cemanim*.

§. 2. Vocabulum כַּמְרִים quod evoluto revolutoq; sacro codice, extra hunc locum, 2. Reg. XXIII. 5. bis tantum, ut Hof. X. 5. Soph. I. 4. attento lectori occurrit, Paraphrastis Chaldaicis, & Judaicis Doctoribus familiaris quidem esse deprehenditur, quam fonti Hebræo; nihilominus tamen ejusdem ratio liquidò hauritur ex apprehenso 2. Reg. III. Capite, v. 5. ubi tam instituti, quam destituti Hierophantarum ordinis enumerantur causæ.

§. 3. Est autem Vox prima origine Ebraica, utut Chaldæorum genti cum successu temporis ex frequentiori usu celebrior facta, à

A 2

ta, à Radice כמר vel, quod significatione propius accedit à כמר
 in Niphal. Tria a. maximè significata habet; juxta R. Naibin in Con-
 cord. Significat enim *incaluit*; *calefactus vel adustus fuit*; *astuavit*;
flagravit; adhibeturq; postea per Metaph. de ingenti commiserationis
 affectu; & viscerum quasi æstuatione; uti Josephi erga fratres, Gen.
 XLIII. 30. & matris meretriculæ in filium, 1. Reg. III. 26. ut & Dei commis-
 serantis, quo de כמר miserationibus æstuet, Chald. Deut. XIII. 18. &
 לממר Targ. Ps. LXXVII. 10. usurpavit. Per metalepsin porò ob-
 fuscatus, denigratus est, quia, quod æstu aduritur, plerumque atratur
 & deformeq; ac triste redditur; vid. Targ. Thren. V. o. Tertio adhuc
 contractus, convolutus, & apud Chald. potissimum, absconditus, occul-
 tatus vel inclusus fuit, significat, Buxtorf. Lex. Maj. Chald. Unde
 quæ in derivando exim a sit ratio, authoribus iisq; judiciosis non pau-
 cis multum faciesit negotium. Alii enim primum vocis significa-
 tum urgent, adeò ut ab uberiori affectu, quo accensi essent, magnoq;
 zelo ficto dictos putent, quæ sententia est Theandri Lutberi, in Glossa
 marginali dicentis: Camarim waren sonderliche geistliche Leute, welche
 tezt die allerandächtigen und strengesten Mönche seyn wollen / dar-
 umb haben sie auch einen Nahmen Camarim / der lautet als von hitze
 ger Andacht. Pluribus id prosequitur Tom. IX. Altenburg. p. 136. a.
 Prout enim aliàs fornicationi & libidini, qua mas cum femina con-
 fvescit, ardor ille & insignis idololatrarum propensitas, voce כמר
 caluit, incaluit, confertur, Esa. LVII. 5. quâ & coitus bruti, Gen. XXX.
 38. 39. 41. Cap. XXXI. 10. & conceptio hominis in utero Ps. LI. 7. de-
 scribitur: Sic præsertim hi mendaces sacrificuli, qui mentita devotio-
 ne cœtæris sese præferebant, Luth. Gloss. marg. Soph. I. 4. Eandem
 amplectitur Rapius Lex. V. Camarim. Cui etiam subscribit Joh.
 Conr. Dieter. Antiq. Bibl. V. T. p. 263. b. his verbis: Sacrifici idola-
 latræ כמרים, quasi ardentes, incalescentesq; vocabantur, quod
 essent affectibus ardentibus atq; inflammatis in Deum suum colendum.
 Nec incommode huc trahitur, quod in Hof. ex Cap. VII. 7. p. 199.
 Wolf. Capito ad rem præsentem accommodat: Jhr Herr ist in heisser
 Andacht / wie ein Back-Ofen / wenn sie opfern. Magnif. Olearius in
 Bibl. Erklärung ex Niph. passivam simul observat significationem
 ut quilibet desiderio quasi & amore eorum caperetur. Stabiliri po-
 test sententia eorum suffragiis, qui eos כמרים sive exustos judicant,

tam extus in corporibus, quam intus in visceribus, eò fortè, quod stig-
matis essent inusti, Greg. Francus Lex. L. S. p. 555. Uti Jojakim in cuius
cadavere inventas fuisse quasdam notas impressas & quædam stigmata
inuista in honorem Deorum suorum Pererius l. i. Dan. & in Cap. 2. Pa-
ral. XXXVI. v. 8. it. Lyra, Abulens. q. 39. in C. 25. L. 4. Reg. adstruunt,
id quod quidem, divina Majestas severo interdicto præcavere voluit,
Levit. XIX. 28. Deut. XIV. 1. Nihilominus Baaliticis, aliisq; Pseudo-
Sacerdotibus usu admodum venisse paret 1. Reg. XVIII. 28. Unde fidem
facile invenit, quod itidem Dietericus, l. c. de Camarim prodit, nim-
rum, quod ex incentiuo superstitionis summe sese usularint, atratasq;
notas perpetuo mansuris characteribus corporibus impresserint reli-
gionis causa, ut fervorem in Deos suum exaggerarent, essentq; illa stig-
mata, quasi notæ quædam mutæ eis σφραγίδα τῆς δεσποτικῆς.
Aliis placet deductio Nominis ab accensis thuribus, quibus gentilis
superstitio nimium quantum tribuerat, cujus sententiæ esse videntur.
Tirinus in h. l. p. 851. Boisacc. Moral. Ged. p. 135. b. Hos, qui ex Etymo
ipsum animu in dijudicarunt, excipit illa altera, quæ non minori autho-
ritate stipata est sententia, respicitq; habitum externum, ita ut à pecu-
liari veste hi sacrificiorum ministri כמרים audiant, quasi atrati,
seu pullis vestibus induti. Hinc קרק in Soph. I. 4. f. 598. col. 4. Bibl.
Basil ען לשם שחורים הם לוכשי שחורים, i. e. Cema-
rim sunt induti pullis sive nigris vestibus propter Deum sive Numen
cultus alieni idololatricum. Quibus etiam assurgit R. Sal. ben Melech,
it. Munsterus h. l. Pagninus, Vatablus, Beza & Buxtorffius Lex. min.
p. 772. Cemarim, inquam, sacrificuli sunt, quasi atrati dicti, quod pullis
vestibus ex superstizioso ritu incederent. Ut & Schindlerus Lex. Penta-
glott. p. 871. ut & Junius, Tremellius & Piscator. Eandem approbare
videtur Seld. de Dis Syris. Cap. VI. p. 171. & Fullerus in Miscellan. l. 4.
c. 7. p. 447. provocans ad Syrum Paraphrasten, qui vocem, כמרים
loco Græci αὐθγαπῶς Matth. VI. v. 16. usurpavit, quod si, inqui-
ens: כמרים in paraphrasi Syra commodè reddi potest atratus
h. e. atra sive pulla veste indutus (sicut ibidem vertit doctiss. Tre-
mellius & ante eum Kimchi in Lex.) sanè non vultum solum,
sed vestitum etiam tetricitate & tristi quadam severitate specta-
bilem à Servatore perstringi, Paraphrastæ judicio existimemus.
Hanc

Hanc sententiam *tertia* excipit, sustinens כְּמַרִּים, idē esse ac clausi, vel seclusi, fortē quia eis in locis, ubi divinum instituerant statuis imaginibusq; cultum, templa quoq; vel sacella extruebantur, in quibus vel idola statuerentur, vel sacrificantes epularentur, vel custodes & ministri habitantes perpetuas agerent excubias, ne apparatus ad sacrificandum necessarius aut vel ipsi Dii fictiui indigna cum derisione furtim auferrentur. Inde voci Camarim nostrum Cammer cognatum vocabulum & locum ubi Monachi vel Moniales habitant à claudendo Kloster & Klaußen nominari iudicat *Tarnovius in Soph. l. v. 4.* ut ita præter sacrificia Cemarim ad ædis sacræ tuitionem perpetuo adstricti, & ad instar monachorum clausi fuerint, dicti inde quasi *Verfchlossene*. Quia præ reliquis oblectatur *Excellentissimus Pfeifferus Dohia Vexatis p. 518.* non contemnenda Talmudistarum autoritate, quibus כְּמַרִּים seclusit, & כְּמַרִּים rete est, stipatus. Citatur pro eo *Eliaz in Thibi*, qui pari ratione כְּמַרִּים clausos, quasi Monachos in claustris degentes putat, & *R. Jacob Aiendana Spicil. ad Michlal Jopbi b. l. v. 1. v. 1. v. 1. v. 1.* *Tarnov. & Franc. locc. cit.* Hanc quoq; suam fecit *Marin: Brixianus Thes. L. S.* Ego, inveniens, arbitror vocem esse Chaldaicam, & sic dici à contrahendo, quasi contractos, (clausos) ut idolis serviant, dices. *Item Paginus in Arca Noe.*

§. 4. Iidem cum his non placent, qui alia via sectantes originem, longius discedunt, interpretanturq; Camarim genethliacos & Chaldæos, uti *Philipp. Codurcus in Job. 3. §.* quasi Camarinos ab Urbe Camarine sic dictos, quia arti magicæ multum tribuebant, ideoq; & charuspiciis aliisq; prælagiis valdè famosi erant, *Euseb. præp. Evang. l. 9.* Ut ut n. Chaldaicum vox Cemarim sapiat, tñ. Ebrææ Lingvæ domestica est, & ex ea propria significandi potestas djudicanda. Hinc ut allatis his, nostram tandem definiamus sententiam dicimus: Cemarim fuisse à peculiari & religioso cum animi, tum corporis cultu sic dictos sacrificulos. Quia enim כְּמַרִּים primariò significat incaluit & flagravat, principaliter quoq; ab ardore animi, & simulato religionis fervore, id nominis adepti existimantur, quia ardentis quasi in sanctitate vitæ servanda, & pietatem & sanctimoniam magnam, ut hodie devoti sunt Monachi, simulabant, *Fridlieb. in b. l.* Ut autem populus eo magis devotissimam eorum mentem pernosceret ac admiraretur, voluerunt eam externo insuper cultu habituq; corporis tristi ac severo declarare, ita ut

ut, quemadmodum togā Romanum, & Græcum pallio noscas, primo intuitu, qui eminus saltē conspiceret, religionem intelligeret. Quod nullis non temporibus inde jam ab origine primum putavit seductor Satan, qui simplicioribus impositurus, undiq; singularem DEi cultum mentitus est: μετασχημαλίζεσθαι εἰς ἄγγελον Φωτός, 2. Cor. XI. 14. eandemq; artem in suis adhuc exercet, vid. v. 13. & Coloss. II. 18. ut olim in hoc hierophantarum genere. Videntur verò in his imitari voluisse Prophetas, qui, quid animi esset, plerumq; vestitu aliisq; externis Symbolis loquebantur, seq; ita usq; gerebant, ut & doctrina & habitus corporis conformes essent, *Füller. miscell. l. 4. cap. 7.* Hunc morem, ut eo tutius fallerent, etiam Pseudopphetas observasse liquet; Zach. XIII. 4. Igitur à cultu etiam externo Camarim fuisse nuncupatos, ὁμοιωσῶς licet, vero dissimile non est. Hac nobis ratio esse videtur, quod pleriq; Philologorum neutra abjecta, utramq; asservent sententiam, quamvis cum disjunctionis particula, *Tarnovius* in *Soph. l. 4. Botfacc. Moral. Gedan. p. 135. b. Francus Lex. L.S. p. 555. Dieter. Antiq. Bibl. V. T. p. 264. Polus Synopsi Criticor: h. l. B.D. Lutberus* videin, quem hac in causa maximè ducem sequemur, posteriorem hanc rationem negare videtur, cum explanata vocis natura concludit: Non igitur à vestitu arbitror Monachos (ita nec hos Sacrificulos) Camarim dici posse, sed à singulari devotione. Sed revera non pugnat, quia de potissima & primaria denominationis causa quærit. Imò sententiam adhuc, quæ suos sibi invenit patronos, sententiam sub hanc cynosuram revocatam, adeò adversari nobis non existimarem, quoniam ad instar monachorum non nisi ex religionis persuasione solitudines & claustra quæsierint, quò tutius imponerent vulgo, ut *Excellentiss. Feiffer l. cit. conjectat.*

§. 5. Hos fanaticos Paraphrastes Chald. eodem vocabulo in plur. Emphat. dicit כַּמְרִימֵי, ab absoluto כַּמְרֵי quasi clausos. Non rarò etiam pro eò apud Chaldæos satisfacit פְּלִיטִין quasi *Servientes, Ministri*, seu *Cultores*, dicti, à R. פִּלְתֵי servivit, coluit ut *Hof. X. 5. Soph. l. 4.* quo nomine in Targum communiter notantur Idololatras; ut *Dan. III. 12. Jer. XVII. 3. Efra. VI. 24. Deut. XXVIII, 36. Jes. XIX. 19.* Subinde etiam æquivalet illi Ebr. כַּהֵן Sacerdos sive verus, sive gentilis & idololatricus, (Quo dein ad usum politicum tracto, minister quoq; primarius magnas & Satrapa solet vocari.) Cum hoc ta-

men

men ubiq; studioſè obſervato diſcrimine, ut in translatione non niſi
 de *Sacerdotibus Idololatricis* adhibeatur; אֲדָמִים enim quoties in verna-
 cula de veris Sacerdotibus Iſraëliticis dicitur, tum transfertur in Tar-
 gum אֲדָמִים , quando de gentilibus & idololatricis, tum redditur אֲדָמִים
 vt Jud: XVII. 5. Cap. XIIX. 37. *Buxtorſius Lex. min. p. 343. & Chald.*
maj. p. 1052. Chaldaëum, ex Lingvarum cognatione eadem voce reten-
 tã, imitatus eſt Syrus, reddendo ܐܕܡܝܡ , quaſi *tristes, ſeveri,*
atroces; cum Radix Syriaca ܐܕܡܝܡ ſignificet, triſtatus, contri-
 ſtatus, moeſtus eſt, *Edmundus Caſtellus in Lexico.* Hinc, ubi Evango-
 liſta de feroci legis operario dicit $\text{ἀπὸ λῆθῆς λυπέμενοι}$, Marc. X. 22.
 Syrus habet ܐܕܡܝܡܐܢܝܢܐ contriſtatus fuit. Pariter de Chriſto
 ſummè exinanito, infernalibusq; doloribus circumvento, dicitur
 ܐܕܡܝܡܐܢܝܢܐ , coepit contriſtari, Matt. XXVI. 38.
 Ut adeò ea cordis triſtitia, qua habitus mentis in ipſam faciem abit, vel
 etiam, ubi vultu ad triſtitiam eo poſito, ſingitur aliqua, eò notetur:
 quemadmodum verè id nominis tribuitur Diſcipulis Salvatoris, qui
 $\text{ὡς οὐδεὶς ἄνθρωπος}$, *Luc. XXIV. 17.* non ſicut Phari-
 ſæi & hypocritæ, Matt. VI. 16. deſcribuntur. Hinc dicti videntur
 Cimmerii, *Bochartus G. Sac. p. 754. b. LXX.* ne ſignificantiffimum hoc
 Nomen omitterent, vel quod notius in ſua, quàm peregrina eſſet Lin-
 gua, fecerunt Χαμαίνοι , & B. Lutherus, autoritatem eorum ſecutus,
 in vernacula retinuit *Camarim.* Græci tamen, cum Græcè loquun-
 tur, pro Ebræo *Camarim* uſurpant *ἱερεῖς* ab *ἱερεὺς ἑβραῖοι* quia ſacris
 præſent, unde Hierophantæ dicti ſunt. *Vulgatus* reddidit *Flami-
 nes & Atuſpices.* *Hieronymus* *Ædituos*, Hof. 10. v. 5. fortè à Culto-
 dia ædium ac templorum, quam verò denominationem ex infirma
 hypotheſi increpat *Fridlieb, Vatablus & Mariana.* *Exuſtos, Pagninus*
Atratos vel Pullatos vocant. *Ben. Ar. Mont. ex Chald. Pampb.*
Cultores vituli tranſtulit, de qua ſententiã quid ſtatuumdum, infra
dicetur. *Andreas Rivetus in Hof. 10.* refert, quod Latini hos ſacrifi-
 culos nominent ſamulos Iſidis, Lunæ & Solis. *Dierenbergius* *Rei-
 chendeuter und Abgöttiſche Prieſter.* *Grotius* *Camillos*, quaſi mini-
 ſtros Deorum, deducta voce ab Ebræo *Camarim*, mutatoq; ܐܕܡܝܡ in ܐܕܡܝܡܐܢܝܢܐ
 Quia

Quia ex mente *Clarissimi Johann. Wilhelmi Hillgerii in Summario Lingv. Sanct. p. 5. & 7.* Sunt literæ unius organi, quæ aliàs facillè inter se permutantur; Vel, quod etiam literæ non-congeneres crebrè & facillè inter se permutantur, ut solidè id ostendit *Excellentiss. Noster Andr. Senertus in Chald. & Syriasmò, Cap. 8. Reg. 1. pag. 67.* Huic plausibili Grotii sententiæ majorem fidem facit suffragio suo *Magnif. Noster Calovius Bibl. Illustratis h. l. Colluditq; Excellentiss. Pfeiffer l. cit.*

§. 6. Hac occasione moti, postquam prælibato Nomine, magnam in partem devenimus in cognitionem hujus Pseudo-sacerdotalis ordinis, eundem ex Historia penitus contemplantur; Quod si ritè prosequimur, intelligimus: **Camarim fuisse Sacerdotes Idololatrias, ab improbis Jehudæ Regibus institutos ad offerendum vano & ficto cuidam Numini gentili, & à Josia pientissimo Rege prorsus abolitòs.** Meretur igitur vox Camillus hic ex veterum gentilium cultu probè attendi: Ita enim vocabantur pueri, qui flamine Diali ad Sacrificia administrabant, unde postmodum antiqui ministros, ministrasq; impuberes in sacris Camillos & Camillas nominariunt, ita *Calpinus, Fueruntq; quasi præministri, vel ministri Sacerdotum, quibus lactucæ esus fortasse præscribebatur, ex mente Adrian. Turnebii Advers. l. X. C. XX. p. 307.* quorum ministerio seniores ipsiq; flamines utebantur, Hinc per diminutionem in Hetrusca lingua nomen accepisse dicuntur, teste Serv. in II. Æneid. Varrone de Ling. Lat. Macrobio l. 3. Saturn. c. 8. Quemadmodum puerorum nomine aliàs veniunt, qui alicui servitiam præstant, etsi revera natu grandiores & decrepiti sint. Jam si vocem *Camilli* in totum ad *Camarim* applicare velimus, non Sacerdotes, sed Sacerdotum famulos fuisse statueremus; quod tñ. asserere non ausim. Quamvis hac fortè specie decepti nonnulli id affirmare malint; Quin apud omnes id constare putat, *Andr. Rivet in Hof. 10.* fuisse idolorum famulos, quos à Sacerdotibus propriè sic dictis distingvat *Sophonias i. v. 4.* ita etiam *Job. Forsterus* in Lex. sensisse videtur, dicens: כַּמְרִי fuisse *ministros Sacerdotum*, vel ædituos, ab incensione thuris & precibus, quas pro populo faciebant, sic dictos. Eiq; pollicem premit *Job. Conrad. Dietrichus,*

B

cus,

em Antiqu. Bibl. V. T. qui inter alia eorum officia refert fuisse, thus i-
 dolis adolere & in victimis cremandis Sacerdoti subservire, licet & ipsi
 ob dictam thuris suffumigationem, quæ species erat sacrificii, Sacerdo-
 tes subinde vocarentur. Item *Drysius* qui per illam vocem tantum Sa-
 cerdotum Seniorum impuberes ministros denotari censet. Verum, quid
 eos Sacerdotes ipsos, vel ex ipso Sacerdotali ordine natos, & ad gentili-
 sumum per apostasiam deflexos fuisse, asserere prohibeat, haud videmus;
 Credibile enim est, quod cum totus Israël verum DEum abnegasset, &
 impurus idololatra esset factus, unâ cū cultu, etiâ ministri & Sacerdotes
 DEi miserè frixerint, adeoq; ob proventum uberiorem alienum cultum
 oppidò secuti sint, sicut Juvenis ille Levita, Jud. XVII. 7. Itaq; nostrâ
 quidem sententiâ integer ordo sacrificulorum tam seniorum quam juni-
 orum hac voce denotatur, *Tarnov* in *Soph. 1. 4.* ad mentem Kimchii
 ad Hof. 10. *הם כהני המקריבים עבורו* i. e. Sunt Sacerdotes,
 qui offerunt sacrificia Israelitarum.

§. 7. Ne verò quis veros Domini Sacerdotes eò notari so-
 mniat, iuducitur causâ institutionis, diciturq; *אשר נתנו מלכי יהודה*
quos Reges Jehudah posuerant, propriè, *quos dederunt*, sed quia præ-
 teritū unicū omne, si ve reliquas Præteriti species pro loci ratione & com-
 moditate includit, *Trost. Gram. Ebr. p. 21. & edit. ult. Excell. Sennertii p. 54.*
 melius respondet Plusquamperfectum, *dederunt*, i. e. quos posuerant, seu
 constituerant Reges Jehuda, ut *Lucas Osiander* explicat, quod per pulchrè
 Luth. *gestiffet harten*. Non enim indicat hic causam permissivam vox
נתן, uti per sæpe aliàs idem est ac *concessit*, *permisit*, ut Genes. XX. 26.
 Exod. XII. 23. Psal. XVI. 10. Sed verè effectivam, & principalem,
 quemadmodum v. g. Pharaon ad Josephum dicebat *נתתי* dedi te super
 omnem terram Aegypti, i. e. constitui, Gen. XLI. 41. & Hof. XIII. 10.
הנה לי da mihi i. e. constitue super me Regem. Eandem loquendi for-
 mulam adhibuit Chaldaeus, *הנה לי* inqviens, à *יהב* apoeopato (4) quod
 aliàs Syro, qui idem *וסב* Imperat. ab *יסב* vel *יסב*
 nō ignorat, familiare satis est; sed hic sensū dicti explanatoriè dedit voce
אשר נתנו מלכי יהודה *quos surgere fecit*, à Radice *סב* surrexit.
 Causam itaque efficientem constituit *יהודה* Reges Je-
 huda, circa quod observamus, hic non generalem vocis *מלך*
 inten-

intendi significationem, sed propriam & specialem. Generale enim hoc esse Nomen, & non solum eos, qui monarchicè plures regunt Provincias, designare, sed & Regulos minores, qui etiam uni præ sunt, paucisvè aliis Civitatibus ac pagis, passim in Sacris est obvium, verba sunt *Magnif. Geieri* Tom. II. Psalm. p. 889. in quem sensum Psaltes canit: Loquar de testimoniis tuis coram Regibus, i. e. Magnatibus quibusvis, nec erubescam, Psalm. CIX. 46. siquidem radix 𐤓𐤍𐤏 in Niph. ex usu Chald. significat *consultuit vel consilium inivit*, juxta *Buxtorff. Lex. min. pag. 418.*, quod utique non Regis tantum est, ad quem quidem primariò pertinet cura Regni, sed etiam Consiliariorum, magnatumque, cum quibus Rex consultat. Hinc nervosè dictum est, quod *Cornelius à Lapide Dan. IV. 24.* habet: Consilium est instar Regis: Reges regere & regi debent consilio, ut Regis Rex sit consilium, idemque sit Rex, qui consultor, & regnare, sit idem, quod consulere & pollere consilio. Ast præsentem in loco non Consiliarii, vel Proceres Jehudæ, sed ipsi Reges, penes quos tunc summa erat potestas, hujus scandali auctores nominantur. Opus Anglicanum in Notis M. S. ex LXX. legit in Singul. βασιλεύς, Rex, ac si speciatim unus, procul dubio Manasses Josiæ antecessor, qui majoribus omnibus deterior fuerat, hujus idololatriæ inventor proderetur. Sed quia authentica litera ejusdem hæreseos plures accusat, ascendamus licet ad majores Reges Jehudæ apostatas, ut famosi sunt Rehabeam legem Dei deserens, 2. Paral. XII. 1. lucosque & statuas erigens, 1. Reg. XIV. 23. 24. Joram Domui Ahab sanguine & moribus affinis, 2. Reg. IIX. 18. 2. Paral. XXI. 6. ut & Ahasja, 2. Reg. IIX. 27. 2. Paral. XXII. 3. Athalja turpissima, 2. Paral. XXIV. 7. Joas postremò deficiens, vers. 18. reliquisque pejor Ahas, 2. Reg. XVI. 3. 2. Paral. XXIIX. 2. 3. 4. ut & Manasse 2. Reg. XXI. 1. seqq. 2. Paral. XXXIII. 3. inque pessimis quibusque patris filius Ammon, 2. Reg. XXI. 21. quare abominandum hoc inventum non in solum, aliàs superstitionissimum Manassem competet, sed nec ab ipsis moribus corruptis Rehabeami, effœminatùm fortè & senio delirum patrem, etsi alieniori longè affectu perperam imitantis, alienum esse videtur, quia insequentibus statim annis multà operâ in repurgando cultu divino Assæ Regi opus erat, 2. Paral. XIV. 3. 4. 5. Cap. XV. 8. 16. Id verò mirum, quod expressè Reges Jehudæ tantæ a-

hominatōnis authores celebrentur, cum tamen alias plerumq; ejus-
modi *βδελύματα* ex Israeliticis Regibus, qui ad unū ferè omnes gen-
tiles facti, nascerentur, & abinde in Judam transportarentur, Verumt
ut Jehuda Reges multos habuit amulos Israeliticorum, ita etiam novi
inventi, ut eò sibi Nomen acquirerent, studiosos complures. Quia
autem à Regibus constituti dicuntur Camarim, *Tremellii* sententia per-
stare nequit, quia rationem formalem, unde Camarim à Sacerdotibus
præcisè differant, daturus, defendit; Atratos esse voluntarios homi-
num privatorum autoritatè cooptatos; Sacerdotes verò ordinari-
os; Quod enim ab humana autoritate pependerit, & idcirco non
veri sed idololatrici Sacerdotes fuerint, nemo non videt; quod à priva-
torum, audacter negatur.

§. 8. Post fundatores ipsam cultum, curamq; demandatam
Sanctissimus Scriptor explicat verbis *ויקטר בכמור* & sufficitur:
Ponitur 3. Fut. in Piel cum Vau conversivo, cujus intricatior videtur
expositio, quam Junius suppeditat, qui simpliciter in perfecto reddidit:
adolevit, ut unusquisq; eorum adoleret: Expressius *Lucas Osiander*, ad
adolendum sc. thymiana: Radix est *קטר* *adolevit, suffumigavit vel*
suffitum fecit, ponitur interdum pro quovis sacrificio, videatur Exod.
XXIX. 13. Inde est *קטרם* suffita myrrha & thure ex omni pul-
vere negotiatoris, Cantic. III. 5. Ita enim ex suavissimis naribusq;
acceptissimis herbis & aromatibus componebantur adorationa certa,
quæ & in conviviis epulisq;, & Deorum Sacris, prunis imposita adhi-
bebantur, quia quod hominibus summa esset oblectationi, item &
Diis acceptum fore, judicabant gentiles, inde *Magnif Geier. Tom. II.*
Psal. p. 1264. קטר est ejusmodi suaveolens fumus, qui ex thure aroma-
tibusq; aliis concinnè invicem mixtis, carbonibusq; impositis longè la-
teq; diffunditur, & nares adstantium mirè afficit ac oblectat. Hu-
jusmodi suffumigatio nullis non temporibus præcipuus Deorum cul-
tus est habitus, etiã pagani, quem citra dubium Diabolus, cujus partes
sunt invertendi veritatem, & ipsas quoque res Sacramentorum di-
vinorum in idolorum mysteriis emulari, juxta *Tertullianum de*
præfer. Heret. ex ipsa Ecclesia, Noachi fortè, Gen. IX. 21. abstulit,
sibi que appropriavit. Illum verò sibi soli poposcerat Deus, Exod.
XXX. 37. 38. eique in tabernaculo קטרם קטר suffitoria
suffimenti destinarat, super quo manè & vesperi Sacerdos accende-

ret

et vers. 7. 8. Verùm sacrilegi hi Sacrificuli transportarunt id san-
 ctimonii ad loca profana & obtulerunt **רַמְמֵי** in excelsis. Nomen
 absolutum est **רַמְמֵי** notatque quodlibet insigniter elatum, ut
 (1) *Excelsa terra seu montes vastuosos*, ut Amos IV. 13. Mich. I. 3.
 unde terra Canaan à frequentioribus montibus & eminentiori situ
 dicitur **רַמְמֵי**; Deut. XXXII. 13. Ezech. XXVI. 2. (2) *Excelsa aeris sive*
nubes, ut **עַבְרֵי רַמְמֵי**, altitudines nubium; Ef. XIV. 14. (3) *Excelsa maris*,
vel fluctus ad instar montium surgentes, utי **רַמְמֵי יָם** sunt flu-
 ctus maris; Job. IX. 8. In specie verò designat Excelsa illa delubra in col-
 libus vel clivis sacri cultus ergo erecta, Pl. XIX. 34. quibus in locis vel
 Baal aut idola vel verus quidem Deus colebatur, Magnif. Geier, Tom. I.
 Ps. p. 296. complectiturq; cum aras & altaria, quæ ab elevatione seu
 altitudine dicuntur, quasi *alta aræ*, unde Græcum βωμὸς sc. à **רַמְמֵי** o-
 riginem duxit; tum *facellum, delubrum seu domum* conventibus sa-
 cris circa sacrificium destinatum, 1. Sam. IX. 12. & *monumentum vel*
tumulum, super quem ex gentili ritu non rarò instituebantur sacra.
 Significatur etiam hoc vocabulo *quilibet locus editior, suggestus vel*
pulpitum, item tribunal & sedes judicis ex genio Syri, qui id effert
רַמְמֵי, Matth. XXVII. 19. Rom. XIV. 10. Quæ significatio hic non
 attenditur. Mirum autem est, quod omnes propè gentes circa sa-
 cra instituenda montium & clivorum summitates, elataq; nemora in-
 dustriè delegerint, ita ut quo altiora essent loca, eò sacratiora reputa-
 rentur; nisi Numinis ejus, cui sacrificabant, Celsitudinem eò intimare
 & offerentes ei ad majorem reverentiam adstringere voluerint; Ita-
 sentit *Corn. à Lap. III. Reg. III p. iii.* quod id fecerint, tum loca excelsa;
 coeterisq; altiora sunt, & viciniora cœlo, ideoq; plus venerationis a-
 pud rudem populum obtineant. Nec tñ. idem omnium deorum cul-
 tus fuit, sed pro diversitate Numinũ diversi erant ritus & ceremoniæ;
 tum ex circumstantia temporis, ubi vel diu vel noctu sacrificab-
 ant; tum loci, in quo sacra fiebant: Quo de *Beyer Addit. Seld. de Dis*
Syr p. 171. Ara, inquit, vox communis tria in se complectabatur: Sero-
 biculum, in quo fiebat Inferis; Aram, in qua Terrestribus; Focum extru-
 ctum, qui Altare dicebatur, in quo fiebat Cœlestibus. Sed cum altare
 propriè non erat excelsum, siquidem Scriptura IV. Reg. XXIII. 15. di-
 stinguit inter altare & excelsum, sed potius altare erat in excello scil:
 colle aut monte, *Corn. à Lap. l. c.* per vocè **רַמְמֵי** non aram, vel altare;

sed locū, super quem altare vel sacellū extractū fuit, intelligim⁹. Syrus
interpres quidem legit לִוְסָא וְאֵלֵי super altaria vel aras, cui⁹
absolut⁹ est לִוְסָא aras, sed rectius LXX. quæ ἐν τοῖς ὑψηλοῖς red-
dit: quod planè gentile fuit, uti Herodotus prodidit: οἱ δὲ νομίζουσι
διὴ μὲν ὅτι τὰ ὑψηλότερα τῶν ἑρῶν ἀναβαίνοντες θυσίας ἔρδειν, τὸν
κύκλον πάντα ἔρρεινε διὰ καλέοντες. Quando a. Patres ἐν τῷ ὄρει
προσεκύνουσαν dicuntur, Joh. IV. 20. ut Abraham, qui à Deo ipso super
montem deductus, ut holocaustum offerret, sacrificavit, Gen. XXII. 2.
Gideon, Jud. VI. 20. Samuel, 1 Sam. IX. 19. suo exemplo his idololatri-
nihil patrocinantur, quia (1) repugnat expressum Dei de vitandis &
evertendis excelsis mandatum, Exod. XXXIV. 13. Deut. VII. 5.
Cap. XII. 2 Cap. XVI. 21. (2) Tempus longè diversum. Fuerunt qui-
dē in & his adjuncta sacella in locis editioribus verita in lege,
sed concessa tamen toto isto tempore, quod inter tabernaculum Siloah
destructum, & templum Salomonis extractum intercessit, ut quicumq;
vellet ædificaret aram, & sacrificia pacificorum offerret, atq; ex his epu-
las cum suis institueret: Ita legitur Samuel ædificasse altare in Rama-
tha, ubi domicilium habebat, 1. Sam. VII. v. ult. postquam à Philistiis
capta fuit arca, quæ in Siloah 389, & antea in Gilgal. 14. annos fuerat in
tabernaculo testimonii. Postquam verò extractum fuit templum à
Salomone, aræ & sacella ista fuerunt prohibita & paulatim à piis Regib⁹
everfa, ac sublata, juxta Schindl. Lex. Pentagl. in voce הַמִּזְבֵּחַ (3) Affectus
planè alienus. Duo enim cum faciunt idem non est idem, præsertim
ubi animus non est idem. Etsi hoc impunè licebat, quid obstat, quin
Deo placere poterat ara illa Athenis posita, & inscripta $\text{Θεοῖς Ἀσίας καὶ$
 $\text{Ευρώπης καὶ λιβυῆς: Θεῶ Ἀγνώστῳ καὶ Ζένῳ}$, cuius mentionē facit Seldenus
de Dis Syr. p. 64. ad vitulum aureum, quod ex mente nonnullorum
verum DEum Israelis adumbrare debebat Exod. XXXII. 4. Quam-
vis enim gentiles & saniores ethnici (posito, etiam Judæi idololatræ) ha-
beant cum Christianis & verè credentibus eundem conceptum objecti-
vum generalem, non tamen formalem, Magnif. Olearius Theol. Univ-
versa p. 229. ideoq; nec verum veri DEI cultum. Rectè igitur du-
plicis generis fuisse Excelsa meminit Cornel. à Lap. l. c. Una, in quibus in-
star gentium colebant earum Deos & Idola, quæ manifestè erant illi-
cita, quia idolis dicata in DEI veri injuriam Conf. Jer. VII. 31. Ezech. VI. 3.
Hos. X. Altera Excelsa erant, in quibus Ebræi non idolis, sed Deo verò sa-
crifi.

crificabant, hæc ille. Hinc *B. D. Gerhard.* in Deut. XVIII. p. 135. dicit, quod
immolatio in Excelsis solum fuerit illicita, quia prohibita, ideoq; certo
in casu dispensabilis, vid. 1. Reg. XIII. 19. Gen. XXI. 2. 1. Reg. III. 4. Hi
verò suffitores arbitrariè non in honorem, sed contumeliam DEI statu-
is, imaginibus, vanisq; idolis serviverunt, quos idcirco gentiles & idolo-
laticos diximus. Eos jam porrò sectatur textus describendo à subje-
cta terra seu regione, quâ maximè floruerunt, nimirum בערי יהודה
iu urbibus Jehudæ, quia ab autoritate Regum Jehudæ pendeant. No-
men absolutum עיר per synedochem nonnunquam Cives denotat, prout
Græcis πόλις δὲ πόλις & Latinis Civitas à Civibus, tanquam potio-
ri constituente dicitur, ut Mich. VI. 9. Aliàs ut hic, notat structuram æ-
dificiis frequentibus, & muris, nec non vallibus turribusq; concin-
nam; eamq; nec splendidam solum, ut Latinis Urbs à Civitate & Oppido
discernitur, sic enim multoties significat metropolin, e.g. עיר המלכה,
Urbs regni, 2. Sam. XVII. 26. עיר דוד Urbs David, 2. Sam. V. 7. 1. Macc. II.
31. Sed exiguam etiam, ut Bethlehem, 1. Sam. XX. 6. Ex his colligitur Sor-
didam hanc sectam fuisse admodum frequentem & longè lateq; diffu-
sam; imò quod porrò constat, impudentissimam, quæ nec à Jerusalem,
עיר אלהים Civitate DEI, Pf. XLII. 2. ועיר קדש urbs Sanctitatis, Es.
XLII. 2. abstinerunt; Dicitur enim ומסבי וירושלים & circa Jeru-
salem, sc. per Civitates Juda & in circuitu Jerusalem, ut thura accende-
rent in excelsis & civitatibus Jehuda; Circumeuntes Jerusalem *Tigur.* vel ut
Osiand. in Circuitu urbis Jerusalem: In ambitu Jerusalem *Janius.* seu in Cir-
cuitibus, ut *Rauppius & Magn. Geier* reddiderunt. Nomen est à Rad. סבב
circuitu s. circulo sedit, circum circa undiquaq; circumdedit, cinxit, am-
bivit, ut hostes viri, Pf. 118, 11. 12. 2. Sam. 18, 15. ut viri Belial domū Jud. 19, 22.
ut foemina foetū, Jer. 31, 22. unde cognatæ significationis Nomen de accubi-
tu mensæ, Cant. I. 12. & circuitu ædis, 1. Reg. 6. 29. usurpatur. LXX. accuratè
expressit: ἐν κυκλόθεν ἱερουσαλήμ, q. d. ἐν κύκλῳ, circulatim, i. circū circa.


§. 9. Restat in definiendis Camarim Deum, cujus Sacris præesse fue-
rint iussi, designare, quod tacente quidem scripturâ, arduum & operosius
videtur; Si tamen in re non satis liquida aliquid statuendū est, colligimus
ex antecedeatibus supremū aliquod gentilium Numinum id fuisse, tā ob
splendidos hos ministros, quâ destinata ei sacra: Quâ maximè enim Su-
perioribus Diis loca eminentiora & excelsa deligebantur, ad mentē *Beyeri*
Addit. Seld. p. 73. qui superis Diis, inquit, in sublimibus templis, altaribus,
montibusq; multis luminibus admixtis fiebat cultus, inferis in locis depressis,
Nihil-


Nihilominus de Numine illo individuo ejusq; nomine variant auctores. Hieron. in Hof. 10. v. & qui eum secuti sunt, turpissima *μωρολογία* in deserto primum facta, Ex. XXXII. 4. & à scelesto Joramo iterata 1. Reg. XII. 28. custodes fuisse rentur, eò abducti monumentis Judæorū ex Hof. X. 5. adduntq; hæc speciosa: Vitulos aureos à Sacerdotibus furto esse sublato & pro his æneos & deauratos repositos. Cum igitur lugeret populus tempore necessitatis & angustia, etiam vitulos aureos inter munera coetera Assyriis Regibus & maxime Regi Senaherib ab Israel Rege directos, exultabunt æditui I. Camarim, quod fraus eorum nequaquam possit argui l. deprehendi. Gesner. Comm. in Hof. 10. 5. Selden. de Dis Syr. p. 142. Eidem huic Selden. p. 171. visi sunt Sacerdotes Molochi & nefandæ filiorum combustionis in valle Benhinnom aditores. Sed neutrum placet nobis, quia hoc, me quidem sciente, nemo asserit; illud non congruit, quod Bethel, mysticâ quadâ immutatione Bethaven, quasi domus vanitatum dicta, non ad Reges Jehuda, qui hujus idololatriæ auctores dicuntur, sed Israel spectabat; Generali a denominatione eos ibidem venire videtur, quemadmodum omnes Pseudo-Sacerdotes vocabantur. Idcirco probabilior est sententia fuisse Baal, cui sacrificarint, qui tanquam Creator & summus Deus Chaldæis, Assyriis, Phœnicibus, Persis, aliisque religiosè colebatur, quo nomine ipse verus Deus quandoq; vocatus est, conf. Hof. II. 17.

§. 10. Hos, Josias innovaturus fœdus inter Deum & populum non potuit aliter, quàm ut expelleret, quod indicatur Ebræa voce *חֲשִׁיבִית* in Hiph. significationem effectivâ habente. Radix est *חִשַׁב* quievit, cessavit, unde nostrum Sabbath etiam in vernacula notissimum est, hinc Germanus fortè efferret proverbiali locutione: Er habe ihm Genera bend gegeben. LXX. hanc abolitionem sub certa quadam & immitiori pœna describit: *καὶ κατακαύσει τὰς ἑσθῆς*, ac si combusserit, planeq; deleverit. Hanc Syrus secutus transtulit *כִּלְוִי* quod Chald. de comburendis tribus viris in furno adhibuit, Dan. III. B. Decer. Antiq. Bibl. V. T. p. 263; opinatur fuisse alienam acceptionem vocis *חֲשִׁיבִית* quod forte LXX. putarint à *חִשַׁב* fregit, contudit, unde deinceps *חֲשִׁיבִית* flamma, scintilla. Verùm, nisi errorem iis tribuere velimus, poterat eorum auctoritas non nihil ponderis habere. Primò n. pœna exactè respondet delicto, adeò ut qui hæctenus ardore & ficta religione flagrant flamma penitus interirent. Deinde historiz minus adversari videntur. Nam semel fortè atq; iterum expulsi, quod paupertatis impatientes essent, ad ingenium usq; redierunt, & verum Dei cultum depravarunt, usque dum capitis supplicio afficerentur, vid. v. 9. & 20.

§. 11. Horum perversissimos mores suo tempore Salvator in Pharisæis, hodie sincerus quilibet in Monachis, quos tam internus quam externus cultus prodit, deprehendit. Sed os claudit ora, Sit ergo

SOLI DEO GLORIA.





fluente Nili & ex his expectatam anni fructu
pietati. Imò malim ut nunquam flumina
excandationibus pellicitur & sacrificiis
verò postea pejus habuit Resp. Roma
Nilus agrorum canonicorum irrigato
dictione intumuit, ita largè se effudit u
trarium metum conjecti Egyptii, ne
pertimuerint. XVIII.

Sed ad ultimum est accedendum
maria cœlis, per quæ Auctor nostri libri
quàm Solem & Lunam, quæ sunt lumina
spicui per se visibiles, quibusq; mediantib
omnia. Arist. l. 3. de anima c. 3. Sol Egypt
Græcis summx venerationi fuit. Pe
maximus Deorum dictus, ut & de A
quod maximum Deum solem agnove
& Floridani eum adorant hanc ob c
re suo omnia producat; unde cibum
ri & sacra facturi partem de esca Sole
Ultima Floridanorum subditi. vid. A
35. paulò ante quàm ver inciperet, te
nibus instructum, obtimis herbis con
cornibus collo & ventri fructus selec
Ornatam pellem cum tibiis & cantio
nissimâ procerissimæ arbori impone
re orienti obversis. Preces suas sum
Solem effundebant, supplices rogant
jam obtulisset fructus iterum produc
quidam eorum Rex, teste Gothofr. in
cum hoste pugnandum esset, victoria
XIX.

Ex recentiori historiâ hæc pauca
C 2

eposuisse
re verâ
Anne
rtè, sed
a bene
in con
rentur,
t lumi
itelligit
tus per
cetera o
ibus &
Jagetis
feritur,
mensis
d calo
umptu
jiciunt.
mi icone
m cor
uebant,
gabant.
e amœ
& pecto
tiâ erga
odi quos
r. Est &
cùm ipsi
catus.

e Grön
lan.

